

1. Num. Joseph decipit frument. K.C. Matth. 1, 18.
 2. De Immanueli obitu Matth. 1, 8f. 23.
 De Etate Christi 1 Joh 11, 2.
 3. De amictu baptista. Matth. 3, 4. Mr. 1, 6
 4. De uicti Baptista Matth. 3, 4. Mr. 1, 6
 5. Canticus super monte Matth. 5, 14. BV
 6. De bedroefenis circa Eleemysynas. Matth. 6, 2. R
 7. Prohoma mortis. Matth. XV, 9.
 8. De signis temporum offensandis Matth. 16, 1-4
 9. De angeli. Petrus & Paulus Matth. 16, 13-19. Inuen.
 10. Tu es Christus filius dei inventus. Matth. 16, 16.
 11. De claris uobi. Matth. 16, 19.
 12. De iniuritate Iher. Solus ex ergo. Matth. 16, 19
 13. De deducione Christi solutio. Matth. 17, 24.
 14. Signus de offensione ^{parvula} uirina. Matth. 24, 1-16
 15. Vol. dei congregacionis solentibus Matth. 23, 37.
 16. Christichristi. De hancorno Eusti Matth. 24, 14.
 17. De ostenditione dei. Matth. 24, 28
 18. Alter sangunis Matth. 27, 3-11.
 19. Tunclo sententes. Matth. 27, 6.
 20. De Christi iudicio die. Matth. 28, 1. Mr. 16, 2.
 21. De curia mortuorum oleo. Sancti. Mr. 6, 13. Ier. V, 14.
 22. De Incarnationis mysteriis Ier. 1, 35
 23. De mystica dicti preservata.
 24. De nomine Ihesu. Ier. 2, 21
 25. De uicti ab isti peccatis Ier. 7, 47, 48
 26. prophetarum Ier. 8, 13.
 27. ~~dicti~~ curia Sababthica Ier. XV.
 28. De Memoria mystica Ier. XVI, 9
 29. De corde. Ier. 16, 9
 30. Ier. 16, 19.
 31. De laetijoribus dei Ier. XI, 14.
 32. ~~dicti~~ gloriis accountibus Ier. 22, 33

61

59.

A. ET. Q.

OBSERVATIONES. PHILOLOGICAE.

D E.

GESTIS. PAVLI. IN. VRBE. ATHENIENSIVM.

AD. ACT. XVII. COMM. XVI. AD. FIN.

QVAS. PERMITTENTE.

INCLVTO. PHILOSOPHORVM. COLLEGIO.

IN. ACADEMIA. LIPSIENSI.

PRAE S I D E.

GOTTFRIDO. OLEARIO. P.P.

IN. AVDITORIO.

COLLEGII MAIORIS.

PUBLICO. EXAMINI. EXPONET.

HERMANNVS. KVTEMEYER.

S V E R I N E N S I S.

AD. D. XXIII. OCTOBR. A. CLO ICC VI.

L I P S I A E.

L I T E R I S. T I T I A N I S.


LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

GOTTSCHE GOETTER

LA BOUILLARDIERE

THE HISTORICAL

PIRATAT



DE
GESTIS PAVLI
IN VRBE ATHENIENSIVM.



Postulum Paulum Athenis, pulcherissimo eiusmodi dramatis theatro, causam Dei agentem, & sapientiam profanam stolida praedicatione confundentem & prosterrentem, spectare animus est. Spectabimus tamen quousque officii ratio paritur, quae cum Philosophorum cathedrae ista destinare iubeat, non tam sublimi sapientiae diuinae, eiusque mysteriis, obuiis in ea causa vbiique, eruendis vacabimus: quam philologicis quibusdam obseruationibus, illa vterius rimaturis, operam nostram offeremus. Nec omnia hic coaceruare animus est, quae doctis interpretibus iam pridem de eo argumento obseruata fuere. Quid necesse enim sit non video, centies dicta iterum repetere atque iterum, atque bona fidei eo querere laudem, ut parentibus nostris dicta atque disputata vnicce sequamur, propriamente inopiam nostram iuxta atque ignauiam immensa allegationum probemus farragine: qua constet scilicet, nihil nos dicere quod non dictum sit prius, nec esse quod vel scribamus ipsi, vel dicamus, nisi alii ante nos dicenda scribendaue excogitassent. Dubios interea relinquentes lectores an plane extincta sit in nobis cogitandi facultas, & an aetas parentum, peior auis semper, in progeniem tandem non sit desitura, in qua aegre iudicandi facultatis inuenias vestigia, beata tantummodo Viris

claris memoria relictā. Nec est profecto quod vel pulchro *antiquitatis* praetextu nostram ignauiam tueamur, vel *nouationum* inuidioso nomine proscribamus bonorum virorum conatus, quibus proficere magis student atque magis in cognoscendis iis quoque, sine quibus diuina ista volumna penitus intelligi nequeunt. Laruae haec sunt & terriculamenta pueris metuenda, non viris. Nihil *innovat*, qui antiquos mores, loquendi formas veteres, dogmata & opiniones longa obliuione sepultas, in memoriam hominibus reuocat, diuinis sensibus, siue eruendis primum, siue illustrandis accommodat, errores inueteratos expurgat. Imo *nouitas* quoque, vt in fide rebusque ad eam spectantibus male merito audit, cum anathema iure dictum sit ei, qui aliud fundamentum, praeter id quod positum est, ponere cupiat: ita ubique tamen & in omnibus aliis rebus turpitudinis notam non meretur. Spiritus enim veritatis, pro sapientia sua πολυπονίας, & diversitate donorum, imo & temporum ratione diuersa, quae diversa veritatis tuendae argumenta exigunt atque instrumenta, prout varia extiterit hostium veritatis indoles, aliaeque se se obtulerint occasiones & circumstantiae, varie quoque in electis ονείροι suis operari potest. Quod vt omnis Ecclesiae loquitur historia, ita mirandum est atque dolendum, esse adhuc in ista litterarum & veritatis luce, qui egregie officio se putent defunctos, si *nouitatis* inusta nota apud simpliciores, quicquid ignorant, damnauerint, taedioſa Doctorum quibus alter viſum recensione instituta. Noueramus quid illi statuerent, Viri boni, neque si illos sequi consilium nobis fuisset, vt animum scribendo adiiceremus, eorum tantum scrinia compilaturis, opus erat. Non itaque quid maioribus nostris sit viſum erat quaerendum, sed quae nobis in rebus plane innocuis aliter statuendi rationes suppetere potuerint. Quae omnia, vt apud prudentes & aequos rerum iudices iamdudum pro exploratis certisque maxime habentur, ita si vel centies ceteris occinantur, surdis
nar.

IN VRBE ATHENIENS.

narrabimus fabulam. Sed iudicia quis curet quae iudicia non sunt? Nihil illa reformidantes igitur, quae nobis de loco πραξαποσίως, quo Paulo apud Atheniensis gesta exponuntur, in mentem yenerint, fideliter exponemus, ab aliis obseruata non nisi ea admitturi, sine quibus nostris meditationibus nexus & claritas sua constare nequeat.

II. Tota igitur rerum a Paulo in vrbe Atheniensi gestarum Historia duobus capitibus continetur, quorum *primum* praedicationem Euangeli publice ab eo explicati continent, *alterum* apologiam qua apud Areopagitas causam Euangeli de-fendit.

III. Quantum ad prius caput quo praedicatio Apostoli continetur. Eo *primum* occasio morae quam Athenis Apostolus fecit, *inde* occasio praedicationis, *porro* ipsa praedicatio, post natae ex ea controversiae, ob oculos ponuntur.

IV. Occasio morae quam Paulus Athenis faciebat, verbis ad *comma.*
continetur istis: εν δε ταις Αθηναις ΕΚΔΕΧΟΜΕΝΟΥ ἀντες (Σιδαν και
Τιμοθεον) της Παυλου. Nempe postquam Beroea excedere esset
coactus, nouos tumultus cipientibus Iudeis Thessalonicensibus,
Corinthum iter meditabatur, cuius tamen socios sibi Silam &
Timotheum cupiebat esse. Qui cum Beroeae adhuc subsistere
aliquantulum, ob necessitates Ecclesiae νεοφύτων, cogerentur,
Paulo quoque, dum eos expectaret, apud Athenienses tantisper
erat commorandum. Vnde & tempus, quo gesta haec sunt,
manifestum est, quod in annum Christi LVI incidere fere, expen-
sa serie rerum, in Actuum Apostolicorum historia expositarum,
liquet: & hoc quoque constat, Apostolo, Athenas implere ser-
mone gratiae, minime initio fuisse propositum, id tantum agen-
ti, ut Beroea per Athenas Corinthum iret. Diuino vero con-
silio subito iphi obiectam esse occasionem, qua ad faciendum hic
quoque Apostoli Gentium munus, sapientiamque mundanam
impugnandam & reuincentiam impelleretur,

XVI.
ΕΚΔΕΧΟΜΕ-
ΝΟΥ
ἀντες της
Παυλου.

ΚΑΤΕΙΔΩ-
ΛΟΝ.

V. Ecce enim παρωξύνετο τὸ πνεῦμα ἀντὶ ἐντῷ θεωρήσ-
τι ΚΑΤΕΙΔΩΛΟΝ ἔσται τὴν πόλιν. Vbi primo rem excitantem habes,
deinde ὅρμην atque animum Viri Dei excitatum. Excitabat
eum quod ΚΑΤΕΙΔΩΛΟΝ videret Vrbem. Quae vero vis sit
hoc loco eius vocis dissentire video viros summos Hugonem
Grotium, & Isaacum Casaubonum. Illo vocem formatam es-
se existimante ad imitationem vocis κατάθεσθαι, quam Deo obno-
xiūm eiusque cultui addicētū notare Pollux docet, Sophista anti-
quius: Ut adeo ΚΑΤΕΙΔΩΛΟΣ idem sit quod idolis eorumque cul-
tui deditus. Hoc contra ΚΑΤΕΙΔΩΛΟΝ dici affirmante ea forma,
qua Graecis κατάδενθει dicuntur loci vbi multae sunt arbores,
κατάδρυμοι loci sylvestri: ut ΚΑΤΕΙΔΩΛΟΣ πλις proinde vrbis sit, in
qua magna sit idolorum, hoc est statuarum quibus Dii Deaeue
atque Heroes repraesentantur, copia. De quo si mihi dicenda
sententia sit diffensu, in Casauboni partes animum magis mihi
propendere fatendum erit. Idolis nempe deditas, vt omnem
orbein gentilem, ita Athenas quoque nouerat Paulus, nec illa
in eo peculiaris animum eius excitandi occasio. Atqui
ipse inferius θεοί τινα, qua excitatius fuit ad σεβάσματα
eorum, hoc est idola & aras pertinuisse videtur innuere. Tan-
tamque fuisse apud Athenienses statuarum atque ararum copi-
am, quantam in alio Graecarum oppido nullo, vt adeo elegan-
tissime ΚΑΤΕΙΔΩΛΟΣ idolis quasi constata & referta dicatur, idque
in ea tanquam res plane singularis merito obseruetur, affatim
loquuntur monimenta vetera. Sufficerit vel solum Pausaniam
in Atticis consuluisse, & ex recentioribus Joann. Meursium in
Athenis Atticis, vt doctos ad hunc locum interpretes, Erasmus,
Bezam, Præcauem, Hammondum, ipsumque Grotium nunc tace-
am, a quibus eam in rem obseruata recoquere nolim.

ΠΑΡΩΣΥΝΕ-
ΤΟ

VI. Hac itaque rem singulari, atque in aliis Graeciae ciui-
tatibus haut obseruata ΠΑΡΩΣΥΝΕΤΟ Pauli animus. Cuius phra-
ses, scriptoribus sacris non infrequentis, vim iam obseruarunt
viri

viri docti, quae ista est, vt animum ad aliquid faciendum quasi acui-notet. Vsum eius apud Philostratum in simili plane negotio praeterire non possum: Vbi Menippum populi Romanii de- L. IV. c. 6.
mentia ΠΑΡΟΞΥΝΟΜΕΝΟΝ, ab Apollonio coercitum dicit, ne cum
vitae periculo contra seruiles animas & tyrannum illis dominan-
tem baccharetur. En ipsa verba: *καὶ τὸν Μένιππον ΠΑΡΟΞΥΝΟ-*
ΜΕΝΟΝ ὑπὸ τῶν πιάτων ἐσωφρόνετε καὶ κατέχετε, &c.

VII. At nihil κατέχετε diuinitus incitatum Pauli animum, quem ista occasione accensum Euangelium liberrime praedicas-
se facer Historicus narrat. *Et formam autem praedicationis,*
& locum, & auditores, & tempus diligenter indicat.

VIII. Formam quidem in genere tradit, eamque exter-
nam hoc loco tantum, voce ΔΙΕΛΕΓΕΤΟ. Eam autem tenendum,
propriam atque solennem esse in huiusmodi negotio. Notae
nempe Philosophorum & Sophistarum διαλέξεις, vtque ab
ἐπιδιήγεσι & μελέταις, quas λόγοι generatim appellant, differant.
Nempe vt haec ad pompam & eloquentiae captandam laudem
compositae sunt, ita διαλέξεις simpliciores dicuntur philosophorum
discursus atque disputationes, quibus veritas magis &
demonstrandis vis quam ornatus orationis spectatur. Talesque
διαλέξεις erant quibus Philosophi omnes tum ad discipulos
suos, tum ad alios, vbi philosophica argumenta tractarent,
vtebantur: estque perpetuus eius vocis apud Philostratum,
ad designanda Apollonio ἐπιστολαῖς, usus. Atque eiusmodi
sunt quas hodienum habemus Epicteti διαλέξεις, ab Arriano
seruatas: & quibus nihil est terius Maximi Syrii διαλέξεις,
& orationis σαφηνια & demonstrationis vi oppido commen-
dabiles.

ad comm.
XVII.
ΔΙΕΛΕΓΕΤΟ

IX. Quae materia fuerit & argumentum διαλέξεων Pau-
li, hoc quidem loco praeteritur, sed post indicatur tamen, vbi iu-
dicia hominum de iis exponuntur. Ibi enim χεισίν ναι ἀνάσ-
τις iis ἐναγγελίσας memoratur. At cum ea de re obseruanda

paulo

paulo arctius cum ceteris illius partis, vbi haec occurunt, circumstantiis, coniuncta sint, tantisper eam tractationem liceat differre.

ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

VIII. Locus praedicationis appellatur ΣΤΝΑΓΩΓΗ καὶ ἀγορᾶ. SYNAGOGAM locum sacris Iudeorum, quae quidem extra tempulum obire liceret, destinatum fuisse minime est obscurum. Locum illum publicum fuisse apud Athenienses, pariter ac in aliis Graeciae ciuitatibus vix persuadere sibi patitur Vir doctus: non facile scilicet eos toleraturos existimans publica sacra, tantopere a moribus suis abudentia. Videbantur itaque illi priuatorum domus locum ΣΤΝΑΓΩΓΗΙ praebuisse: eiusque rei suspicionem aliquam faciebat, quod sub initium huius Capitis dicitur, Paulum εἰσελθεῖν ὅπερ ἡ ΣΤΝΑΓΩΓΗ. Quod certe loquendi genus indicare videatur, non fuisse statum aliquem & publicum illum locum. Sed eum ἀς ἐτυχεν electum fuisse, apud fratrum non neminem, cui esset opportunitas ad sacra haec obeunda: imo & mutata subinde fuisse haec loca. Sane antiquum illum morem esse videri, ut conuenirent Sabbatis in domibus Prophetarum, ad sacra obeunda, idque ad oculum patere ex Sunamitidis historia, quam interrogat maritus, cur ea die ad Prophetam vadat, cum neque nouilunium sit neque sabbatum. Quod imitatos fuisse Iudeos εὐ τῇ διασπορᾷ putabat, apud aliquem ex fratribus primae dignitatis συναγομένους. Indeque natus inter Christianos quoque τας καὶ ἔπον συναγωγας, quarum toties in epistolis Apostolorum mentio occurrat. Verum aliter mihi persuadet frequens adeo apud Graecos & Romanos Proseucharum mentio: quas licet vel maxime cum SYNAGOGIS idem semper habuit fuisse Henrico Valesio concedamus, ratio tamen non patet, cur Graeci, qui Proseuchas Iudeis concessere publicas, SYNAGOGAS negare debuerint. Certe in Halicarnassaeorum decreto manifeste Iudeis libertas, quaenamque velint sacra in locis publicis obeundi, conceditur. Verba eius decreti, maxime cum in vul-

Vid. D. Leo-
pardusEmend.
L. III. c 4. Le-
Monius ad V. S.

p. 71.
ad Euseb. 72.

ga-

gatis Iosephi editionibus non occurrant, ab Isaaco Vossio ex MS. publicata addemus: δεδοχθαι ήμιν ιεράς τας βελομένας, ἀνδρεψ τὲ καὶ γυναικας τὰτε σαββατα ἄγειν, καὶ τὰ ιερὰ συντελεῖν καὶ τὰς ιεράς νόμους, καὶ τὰς πεσευχὰς ποιεῖσθαις τὴν θαλασσην καὶ τὸ πτερον ἐθεος. Vbi manifeste publica sacra Iudaica, conceduntur, & ad mare Oratoria, Sabbatis celebrandis ceterisque sacrī, quae in Synagogis obirentur, obeundis inservientia, exstruere permittitur.

ad Cabull.
P. 313.

IX. Sed non in *Synagogat* tantum, verum etiam in *ΑΤΟΡΑΙ* Paulus Apostoli officio defunctus esse dicitur. Atque *ΑΤΟΡΑΝ* quidem τέτον esse εἰνθα πιστοποιεῖται τὰ ἔργα, ut ex vetere Grammatico ad Aristophanis Acharnenes Grotius obseruauit, triuiale est. Cum FORUM autem plusquam unum fuerit Athenis, Areopagiticum verbi causa, Hippodamium, iuxta cum alio quodam in Piraeo, aliud item in Ceramico, & illud denique quod in loco qui Eretria dicitur positum fuit, quodnam eorum hoc intelligendum sit loco dispiciendum. Areopagiticum intelligi non posse facile patet: illud enim iudiciis inserviebat, nec locus ibi erat vel philosophis vel Paulo ad populuni confuentem verba faciendi: ino ad illud FORUM paulo post causam dieturum abductum esse Apostolum patet. Nec Piraei FORA hic iure quisquam intelligat, certe enim εὐ τῇ ἀξει gesta haec esse, videntur, nec absolute *ΑΓΟΡΑ* dicta illa FORA inquam, sed additum semper nomen quo intelligeretur, quodnam designatum fuisset. *ΑΓΟΡΑ* vero absolute dicitur, quae in Ceramico erat. Sic enim Demosthenis statuam, quam in Ceramico positam memorat Pausanias, εὐ τῇ *ΑΤΟΡΑΙ* esse dicit, nulla alia redita, Plutarchus in vita eius. Et in decreto de ponenda Lycurgo statua apud Plutarchum eadem in *ΑΤΟΡΑ* ponenda esse dicitur, quam in Ceramico idem Pausanias suisse dicit. Taceo *Pausan. l. c.* alia. At & in Eretria forum *ΑΤΟΡΑ* dictum absolute. Sic in Atticis Pausanias *Misericordiae aram* εὐ τῇ *ΑΤΟΡΑΙ* commemo-

ΑΓΟΡΑ.

Attic. c. 8.

Attic. c. 17.

B
rat,

rat, quam eo loco conspicuam constat fuisse. At id quidem non magnam difficultatem habet. Nempe ex Ceramico translatam ΑΓΟΡΑΝ in Eretriam Imperatoris Augusti aeuo iam fuisse, atque adeo ementium vendentiumque, aliaque eius generis negotia tractantium concursus, illa aetate, non in Ceramico, sed posteriore hoc loco celebratos fuisse luculentus autor est qui Au-

L. X. p. 447. gusti aeuo scriptis Strabo: Ἐρετρίας δὲ οἱ μὲν ἀπὸ Μενίστης τῆς τελεφύλαις διαμετέψαν Φασιν ἐπετεῖας. Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀθηνῶν

P. XII. Ed. Ba- ἐρετρίας ἢ νῦν ἔστιν ἡ ΑΓΟΡΑ. Quem locum Homeri quoque re-
fil.

C. XVI. spexit interpres ad Iliados B. Apostolus itaque noster qui Claudio imperante Atheniensibus εὐτὴ ΑΓΟΡΑΙ Euangēlium annunciat, in hoc ipso in Eretria FORO suo munere defunctus fuerit. Opportunum autem valde quod Io. Meursius in Diff. de Ceramico Geminō obseruat: Illud FORUM fuisse ante τοὺς ποικίλους, in qua Stoicos διαλέξεις suas obiisse notum, nomen ab ea etiam indeptos. Hinc enim egregie illustratur, quod docente Apostolo Stoicos adcurrisse, cumque eo disputasse refert Lucas noster. Hanc ipsam autem coniecturam, quod hoc FORUM ante porticum illam fuerit, eo firmat vir doctus, quod Pausanias in descriptione sua Athenarum, FORUM urbis, quod extabat suo tempore, ibi memoret: quod idem fuisse cum eo quod sua aetate memorat Strabo, nulla est dubitandi causa, Pausaniam enim illo aetate esse inferiorem notum est. Obseruationem autem meretur, fuisse in illo FORO celebrem illam ἐκεῖ h. e. misericordiae, aram, de qua fuisus loco allegato Meursius, inde ab Heraclidarum aeuo veri throni gratiae atque misericordiae symbolum quasi, εἰς πληγώματα τῶν χειρῶν in hoc loco Atheniensibus proponendi.

ΜΑΣΑΝ ΗΜΕΡΑΝ. X. Tempus docendi πλεσαν Ημεραν dicit sacer Historicus: & in foro quidem matutinis horis officio defunctum Apostolum esse non difficile est colligere. Nempe tempus eum, quo maximū fierent ad forum concursus obseruasse, dubitari non potest,

test. Quod illud fuisse, quod ab hora matutina nona vel decima usque ad meridiem effluit, ita est certum, ut familiarissimo Graecorum stylo tempus illud, intra horam nonam decimamue & duodecimam phrasι πλήθεσσις ΑΓΟΡΑΣ designetur. Exempla prostant passim. Suidae interea nobis locus sufficiat: περὶ πλήθεσσιν ΑΓΟΡΑΝ, ποσὶ ἀρχῃ τετάρτην καὶ πέμπτην καὶ ἕβδομην. Est autem quarta, quinta & sexta hora in die naturali, qualem habebant Athenienses, decima, vndeclima atque duodecima in die artificiali, qua nos utimur. Alibi tamen πλήθεσσιν ΑΓΟΡΑΝ ab ἦρᾳ inde τεττην hoc est nona matutina inchoari dicit.

v. πλ. αγ.

XI. Ad Auditores pergimus Apostoli, qui in Synagoga ε- ΣΕΒΟΜΕΝΟΙ. rānt οἱ ἰudeoι καὶ οἱ ΣΕΒΟΜΕΝΟΙ. In foro πάντες οἱ σεβτυρχάνον- τες. Atque de Iudeis in Synagoga, & obuis quibusvis in foro nihil est quod moneamus. ΣΕΒΟΜΕΝΟΤΣ in Synagoga, Iudeis opponi, si vlo alio loco, isto quem prae manibus habemus ma- xime manifestum est. Ut proselytos portae intelligi non dubitatem, qui abiurata idololatria & morum impuritate, ad Synago- gam quidem admittebantur, peculiarem, vti videtur, locum oc- cupantes, sicuti in templo atrium gentium occupabant; cir- cumcisionem tamen cum omni illo ceremoniarum cultu non admiserant, & proinde, cum Iudei non essent toti, Ελληνes saepe in monumentis N. T. vocantur: ΚΑΙΝΟΤΟΜΑ ΠΑΝΩΣΧ, quod nihil aliud est quam ΣΕΒΟΜΕΝΟΙ. Λόγον ἐθέλω, vocari ait doctissimus Maiemonides. Verum ea de re diligenter in primis egit nu- Tr. Melakin p. 90. persime Petrus Iurieus in Historia dogmatis & rituum Eccle- p. 1. c. 6. & 7. siasticorum, atque inde multum Ecclesiae nascentibus rebus lucis attulit.

XII. Sed ecce vix nata veritas, iam hostibus suis patet, con- tra eos ab Apostolo defendenda: Controversiam istam deline- ans & aduersarios nobis sifist sacer Historicus, & modum dispu- tandi, & occasionem ac fundamentum, quo eorum ex parte di- sputatio nitebatur. Aduersarios exhibit verba ista: τινὲς δὲ

ad Comm.
XVIII.
ΕΠΙΚΟΥΡΕΙ-
ΟΙ ΚΑΙ ΣΤΟΙ-
ΚΟΙ.

Τ ΕΠΙΚΟΤΡΕΙΩΝ καὶ ΣΤΩΙΚΩΝ φιλοσόφων συνέβαλλον αὖτε. Nempe EPICUREI iuxta cum Cyrenaicis vitae huius commodis magis quam vlla alia Philosophorum secta intenti, in foro frequentes; STOICI ex vicina, ut §. IX ostensum est, porticu aduolantes, atque pro fastu suo aegre ferentes circulos suos turbari, adproperabant statim, de noua Apostoli philosophia inaudientes, eumque hostiliter sunt aggressi: haec vis enim est verbi συνέβαλλον, ex usu Graecorum. Nec alias mirum homines sublimioribus de Deo atque anima notionibus, parum assuefactos, eas enim vagas valde atque obscuras habebant STOICI, nullas pene EPICUREI, in primis doctrinac Apostoli, quae tota illis absoluebatur suis in sensos. Hinc nulla hic Platonicorum, quorum vnicē fere ea aetate iuxta cum Epicurea & Stoica floruit secta, mentio habetur. Eorum enim, ex Pythagorae schola deriuatae, doctrinae adeo, magnam partem, cum doctrina Pauli amice conspirabant, vel saltem ei non repugnabat direcere, ut plurimos ex illa schola ad Ecclesiam transiisse, ex monumentis antiquis exploratissimum sit iis, qui diligentius ea versantur. Et certe si vlla alia schola, magnam agnouit partem atque amplexa est eorum, quae hac ex parte tenenda sunt, amplexam istam esse, nuperrime post alios erudite & luculenter ostendit Andreas Dacerius, vir clarissimus, in praefatione, Dialogis quibusdam Platonis in vernacularum sermonem a se conuersis, itemque in alia vitae Pythagorae a se consignatae, praemissa.

XIII. Modus disputandi ille est, qui solet esse hominum peruersorum, vim veritatis sentientium, eique nequicquam studentium refragari. Conuictiantur: criminantur: eo tendentes scilicet, ut brachio seculari finiant controversias, quas ratione non poterant finire. Conuictiantur: πάντα θελούσι ΣΠΕΡΜΟΛΟΓΟΣ ἐπίθετος; Vbi malum ΣΠΕΡΜΟΛΟΓΟΝ ex Suida interpretari, cuius miror plane hic nullam a Viris doctis rationem habitam esse, eruditas fateor, sed minus rei praesenti accommodatas explicationes hic ex parte fecutis. Nempe ille inter-

alia

ΣΠΕΡΜΟΛΟΓΟΣ.



alia ΣΠΕΡΜΟΛΟΓΟΝ, ἐνευλόγον interpretatur, & ἀκερτόνυμον. Qui scilicet multos & prolixos, quasi semen faciens, αφθίνει spargat sermones, sine iudicio & delectu, ut solent, qui semina manu spargunt, facere. Quo Hesychii quoque pertinet explicatio, qui ΣΠΕΡΜΟΛΟΓΟΝ φλύαρον interpretatur, & Glossae antiquae, quae verbum ΣΠΕΡΜΟΛΟΓΕΙΝ vertit funditare. Nempe copiosus in dicendo Paulus, vnde Lystrenibus Mercurii nomine plenus videbatur. Cumque ea esset in verbis & sensibus eius sublimitas, quae hominum φυσικῶν longissime excederet intelligentiam, οὐαὶ τὸν δάστιβανος φημῖντες ΣΠΕΡΜΟΛΟΓΟΝ appellant, cuius oratio ληγεῖ erat καὶ σοφία. Sane quae de auicula ΣΠΕΡΜΟΛΟΓΩΙ Grammatici habent, & alia quaedam eius generis, ad praesens negotium saltem minus apte accommodari putem. At id praeterea in primis erat obseruandum, ΣΠΕΡΜΟΛΟΓΟΥ titulum peculiarem circulatoribus fusile, qui certis Deorum, Iidis, Anubis, Cereris, Bacchi circumlati simularis, pasci se ab iis dicebant, aliaque mira deblaterabant, εὐεργέτειος καὶ δοκίτως: Vnde:

Fœda Linguae probra circulatoris
dicta Mariali. Insignis de illis locus Philostrati nostri in quinto de vita Apollonii καὶ μητρὶ ΣΠΕΡΜΟΛΟΓΟΥΣΙΝ ἔνοικον αὐτοφάπω, εἰχάρια νεοί τι Δημητρῷ ἡ διοίσσα ἄγαλμα, ύπτερεδαι φαστοὶ τὸν θεῶν βεῖον Φερεού. Atqui SCURRAS AGUNT nonnulli, suspensam gestantes Cereris vel Bacchi icunculam, aliquæ se aiunt a Diis quos gestant. Eosdem Plutarchus, τὸ σύγχρονον vocat, καὶ ἰγοφαῖον, καὶ περὶ τὴν μητρᾶν καὶ σεργάστην βωμόδοχον καὶ πλανωμένον γένος. Circulatorium & circumforaneum boninum genus, & Cereris Serapidisque occupatum aediculis, scurrile & vagabundum, τὸ διγένειον τὸ περὶ μητρῶν καὶ σεργάστηα. Interpretatus sum circa aediculas Cereris occupatum &c. Nempe ἀνάλαβον Deorum huiusmodi icunculas solebant, aediculis inclusas, qualibus Sanctissimum, quod vocant, in Romana Ecclesia includi solet,

X. 3.
c. 20.

cur Pyth. non
redd. orac.

ut notum. De Templis sane horum numinum minime ista accipienda, quae in foris & circis ubique obvia non erant. Ipsosque praeterea hos Deos circumgestasse *Scurras* illos ex Philostrato patet. Apostolum itaque nostrum ΣΠΕΡΜΩΛΟΓΟΝ appellantes, ex illo *Scurrarum* & circulatorum genere esse calumniantur.

ΙΗΣΟΥΣ Α-
ΝΑΣΤΑΣΙΣ.

XIV. At convitiis non contenti criminantur insuper, ΣΕΝΩΝ ΔΑΙΜΟΝΙΩΝ δοκιμασθεῖσίν εἶναι. Quod vulgo vertunt nouorum Deorum vel Daemoniorum esse videtur annunciator. Atque inde factum, ut sequentia verba quibus occasio huius criminationis exponitur: ὅτι τὸν ΙΗΣΟΥΝ καὶ τὴν ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ ἀντος εὐηγγελίζετο, ita acceperint, quasi Athenienses Iesum & Anastasin ab Apostolo nominari audientes, Deum Deamue illa putaverint, nouaque numina adeo, ab eo Athenis obrudenda. Sentit ita primus quod nouerim Ioannes Chrysostomus: καὶ γάρ inquit, τὴν ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ θεόν των εἶναι εὐηγγελίζεται οὐδὲν θέτεις καὶ θύλαις σέβειν. Quam sententiam multo eruditionis apparatu illustrare atque ornare conatus Alexander Morus fuit, multa de foemineis numinibus & Hermaphroditis Deis colligens, quibus alia plura addere potuisset tamen, Orphicum verbi causa, istud apud Proclum

ad Platon.
Tim. p. 95.

Strom. V. p.
698.

L. III. c. 10.

Ζεὺς ἄρσην γένετο Ζεὺς ἄμβεστος ἐπλετο Νύμφη. quo & Clementis Alexandrini locus pertinet, Iouem in Orphicis μυτεράπορα appellari ob virtutem παντογενέθλην obseruantis. Cui simile est quod Damascius εἰρενόθηλιον Iouem Orpheo dictum ait τοῦτο ἔδειξεν τῆς πάντων γεννητικῆς δόσιας. Quodque Valerius Soranus apud Varrorem de eo habet:

Progenitor, Genitrixque Deum, Deus unus & omnis. Nec Iarchae, Indo Philosopho, apud Philostratum dicta praeter eunda: Vbi de κόσμῳ philosophatus, cuius partes φυσιογνοί τε θεολογιμένη Deorum personis schematibusque variis representat, ἀμφοῖν ἀντὸν φύσεων esse dicit, αὐτὸν γὰρ αὐτῷ ξυγγινομένῳ

νον τὰ μητρές τε καὶ πατέρες εἰς τὴν ζωογόνην τοποθετεῖν. Ut alia eius generis taceamus, quibus cum Moro confirmare poteramus Chrysostomo dicta de Deabus foeminis, inter quas Pauli Anastasis quoque referre, ex sententia eius, Athenienses imprudentiores voluerint. Henrico Hammondo etiam ea non displicuit sententia. Verosimillimam enim dicit illam futuram, si repetamus quod Paulaniae dictum, Athenienses aras statuisse pudori, famae, & desiderio: vnde facile in eam sententiam potuerint induci, Paulum nouam Deam, *seditionem* nempe vel *bellum*, hoc enim voce *ἀναστάσεως* notari posse) velle inuehere.

XV. At pace Virorum magnorum dictum sit, mihi quidem absonta plane illa videtur sententia. Sane Heraclito obscurius locutus sit Paulus oportet, si numen ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ configendi locum fecerint Atheniensibus eius sermones. Nec puto ipsissima verba praedicationis Pauli referre Lucam, sed eius summam duas istas voces ΙΗΣΟΥΝ καὶ ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ indicare, quarum sensus fit eum praedicasse ἡσθνά ἀνεσηκότα Iesum resuscitatum. Hoc enim caput doctrinae Apostolicae semper, ut Iesum praedicarent, qui mortuus est & resurrexit, ut adeo indiuulso nexu cohaerent praedicatione de Christo & resurrectione ex mortuis. Vnde & vere Paulus, cum in fudaeorum synedrio sibi causa oranda esset, περὶ ἐλπίδος, inquit, καὶ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ νεκρῶν ἐγὼ περιουμαι. Nam quamvis primo intuitu non videatur Paulo de *resurrectione* praecipue mota controversia esse; verissime tamen hoc dicere poterat, quoniam Iesum ἀνεγκότα praedicauerat, cuius ΑΝΑΣΤΑΣΙΣ resurrectionis omnium piorum vnicum fundamentum (ut in priore ad Corinthios epistola docetur) ab hostibus crucis Christi in dubium vocabatur, praecipuumque erat disputationis cum iisdem caput. Nam resurrectione concessa, cetera quoque, quae de diuina eius maiestate, virtute & operibus dicebantur, nullo negotio poterant probari. Firmat sententiam quoq; nostram, quod inferius, ubi Paulus verba protulisset,

Act. c. XXII.

P. 32.

ΑΝΑΣΤΗΣΑΣ ἀντὸν ἐν νεκρῶν, statim subiungatur, ἀπόσταντες δὲ ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ νεκρῶν οἱ μὲν ἐχλεύαζον. &c. Cum itaque de IESV & ΑΝΑΣΤΑΣΕΙ in sensu diuiso locutus non fuerit in ista oratione Apostolus, non potuere profecto Philosophi Athenienses, nouos Deos geminos ex eius oratione exculpere.

ΖΕΝΑ ΔΑΙΜΟΝΙΑ

XVIII. Attamen, inquiunt, diserte criminatio in eo confitit, quod ΖΕΝΩΝ ΔΑΙΜΟΝΙΩΝ h. e. πόνον Deorum siue Daemonum, vt illi interpretantur πατηγελεὺς existat Apostolus. Quam opportunam etiam maxime Atheniensium ingenio atque convenientem esse, probare nituntur: quod alias quoque Socratem, ob peregrinus Deos (KAINA ΔΑΙΜΟΝΙΑ) inuectos, condemnatum constet. At cum venia virorum doctorum, nec Socrati, nec Apostolo id vitio else datum puto, sed ipsis mala versione vocum KAINA vel ΖΕΝΑ ΔΑΙΜΟΝΙΑ esse deceptos. Cuius rei suspicionē mihi primum quidem iniecit, quod videam Athenienfes non adeo a Diis peregrinis abhorruisse, vt non libentissime in suorum Deorum cunctitate eos admitterent. Notissimus ea de re Comici versus:

"Αἰγυπτίου ὀιντῶν τὴν πόλιν πεπίνασσον ἀντ' Αθηνῶν.

L.2. de Legib. Quem respicit atque illustrat Cicero, *Nouos vero, inquiens, Deos sic Aristophanes facetissimus Poeta veteris Comoedae vexat, vt apud eum Sabazius, & quidam alii Dii peregrini, indicati e ciuitate eiulantur.* Quemadmodum & Strabo de Atheniensibus testatur, eos πολλὰ τὰν iερᾶν ξενικῶν παρεχόμεναι, suisque in populi potestate Deorum numerum, vt visum esset, augere, ex insigni Lysiae loco colligitur in Oratione contra Nicomachum:

ἀγὼν πρῶτον μὲν τὰ πάτερα θύειν, ἔπειτα δὲ πάλλων συμφέρει τὴν πόλιν, εἴτε δὲ ἡ δῆμος ἐψήφισται. Quomodo igitur peregrinorum Deorum παρεχόμενα tantopere inuisa esse potuit Atheniensibus? Evidem σφὸν φάραγαν hic inuenisse sibi Hugo Grotius visus est, publico scito id fieri potuisse aiens: priuatim non licuisse. At saltem non video, quomodo populo proponere Deos in crimine esse potuerit, quos agnoscere atque admittere in eius arbitrio.

L.X. p. 471.

arbitrio eslet & potestate. Porro scire velim qui fuerint NOVI DEI,
quos Socrates inuehere voluisse videri possit, ut aliquo modo huic
dicae obnoxius potuerit esse? Hoc enim quod auctor argumenti
orationis Isocratis quae ~~επίτροπος~~ εγκάμμιον inscribitur, somniauit:
κατηγόρου δὲ αὐτῷ ὡς ὅτι ΚΑΙΝΑ ΔΑΙΜΟΝΙΑ εἰσφένται τοῖς ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ,
λέγων δὴ σέβαν ἔργα, καὶ νύνδις καὶ ταῦτα, καὶ διὰ τέτοιο διαφέ-
γεν τέσσερες μαρτυρίας, h. e. Accusarunt autem eum quod
NOVOS DEOS apud Athenienses introduceret atque aniculas &
canes, & eius generis alia colli iuberet, coque pacto studiosos ado-
lescentes corrumperet, hoc, inquam, recentioris Grammatici sapit
acumen, non genuinam antiquitatem. Sane nemo vñquam
Socratis iuramentum per res eiusmodi ita accepit, quasi Deos res
istas, per quas iuraret, esse arbitraretur, nec vñquam Melito, im-
pietatis eum accusanti, tale quid venit in mentem. Imo potius
in contumeliam eorum quos Athenienses credebant Deorum,
ita eum iurasse patet ex Tertulliano in Apologetico, & Libro pri-
ore aduersus Nationes. Tantumque absuit, ut NOVOS DEOS in-
troduxisse crederetur Socrates, ut potius Deos destruxisse omnes
existimatus sit, ~~αθεος~~ scilicet, nec Deos esse omnino statuens.
Socrates igitur quando ΚΑΙΝΑ ΔΑΙΜΟΝΙΑ introducere accusa-
tus est, ea τῆς γεροντίου mens fuit: nouiter eum & παρερχόμενος
de rebus theologicis & diuinis statuere: ut adeo ΔΑΙΜΟΝΙΑ non
sint DII, ut perperam Platonis, Xenophontis, Diogenis Laertiī
& aliorum qui de Socratis exitu scripsere, interpretes existima-
vere, sed ea quae ad deos pertinent, & ΕΤΕΡΑ ΔΑΙΜΟΝΙΑ καὶ ΚΑΙΝΑ
introducere, sit in genere nouiter de rebus diuinis philosophari,
nouam theologiam, nouam de rebus diuinis doctrinam inuehe-
re. Vno verbo heterodoxe deis statuere. Eius rei luculentus
nobis auctor ipse Plato in Apologia; apud quem primo Melitus T. I. p. 26.
satetur, se quidem ea quam Socrati scripsérat dica, hoc sibi velle,
ως παπερχάντες νομίζεσθε οἱ Σωκράτες quod Socrates plane neget
Deos: vnde colligas eundem, in hac ipsa dica scribentem, quod

P. 27.

Socrates KAINA νομίζει ΔAIMONIA, per ΔAIMONIA Deos non intelligere. Deinde vero Socrates eum conuicturus ex ipsa illa γνώσφη se Atheum non esse, id accipit quod dat KAINA ΔAIMONIA sese introducere, atque inde ita arguit: εἴδετε οὐτέ ΔAIMONIA μὲν νομίζει ΠΡΑΓΜΑΤΑ οὐτε, ΔAIMONAS δὲ & νομίζει; οὐτέ τι. Θέλετε ΔAIMONIA μὲν φύσις με καὶ νομίζειν καὶ διδάσκειν, εἴτε δὲ καὶ KAINA εἴτε παλαιότεροι, αὐτὸν δὲ ΔAIMONIA γε νομίζω κατὰ τὸν σὸν λόγον --- εἰ δὲ καὶ ΔAIMONIA νομίζω, καὶ ΔAIMONAS δηπτὸς πολλῆς ἀνάγκη νομίζειν με εἶναι. Estne aliquis qui RES DIVINAS admittat, DEOS vero non admittat? Hanc est propositio -- Jam igitur RES DIVINAS me statuere & docere ait; siue antiquas siue nouas: RES DIVINAS saltem statuo, iuxta orationem tuam - si RES DIVINAS vero statuo, deos etiam ut statuam necessè est. Quod non vidisse miror elegantiarum promum condum A. Dacerium in versione huius ipsius loci, qua ΔAIMONIA pariter ac ΔAIMONIA ΠΡΑΓΜΑΤΑ vertit diuinities. Certe hac admissa versione, manifeste idem per idem probatur, statuere scilicet ΔAIMONAS Socratem ex eo quod statuat ΔAIMONAS. Plane itaque aliter procedit argumentatio Socratis quam Vir doctus putauit, nempe ita: Tribuis mihi o Melite ΔAIMONIA ΠΡΑΓΜΑΤΑ, in accusatione dicens KAINA ΔAIMONIA me introducere! Ergo ΔAIMONAS me admittere fateris, cumque genus Daemonum θεοὶ sint, θεοὺς se admittere in sequentibus euincit: quae planissima ipsum Platonis textum insipientibus fore confido. Certum igitur ΔAIMONIA KAINA in Meliti γνώσφη non Deos nouos notasse, sed ΔAIMONIA ΠΡΑΓΜΑΤΑ, doctrinam haut dubie ex mente Meliti, qua a Socrate in Theologicis sit innovatum. Atque simili modo voce ΔAIMONIA quoque vtitur Philostratus noster in vita Apollonii Tyanei, quem sacrorum Eleusiniorum antiſtiti μὴ παθατεν vixim ait in ΔAIMONIA: quod alium sensum habere non potest, quam in genere eum in rebus ad deos eorumque cultum spectantibus purum & orthodoxum non fuisse. Eandem igitur sententiam hoc loco quo-

L. IV. c. 18.

quoqué obtinere haec verba puto, vbi de Paulo dicitur eum ΞΕΝΩΝ ΔΑΙΜΟΝΙΩΝ videri πανύστελέων, praetorem eum esse religionis plane nouae, Deos quos Atheniensis crederent reiici- entem, singulare plane cultus genus, noua praemia nouasque poenas statuentem. Quam interpretationem hoc firmat, quod paulo post quoque generatim tantum ΚΑΙΝΗ διδαχὴ & η ΞΕΝΙΖΟΝΤΑ ipsis exprobrentur. Quo admissō & amplior ex- istet orationis sensus, & querendi nouos Deos Pauli necessitas disparebit. Istud praeterea obseruari cuperem, vocem ΞΕΝΩΝ non peregrina simpliciter hic significare, vt τοῖς πατέροις oppo- natur, sed idem esse quod παράδοξη, a communi hominum sen- su atque iudicio aliena, inaudita. Sic ΞΕΝΟΝ τὸ περίγυμα Grae- cis dicitur frequenter, taleque Croeso libera Solonis videbatur reprehensio apud Lucianum. Sicque etiam verbum ΞΕΝΙΖΕΣΘΑΙ explicandum in priore Petri epistola, imo & διδαχῇ ΞΕΝΑΙ in epistola ad Hebraeos, doctrinae paradoxae, quales eo tempore a Gnosticorum primis patriarchis spargi occipiebant.

de Croes.
& Solone.

c. IV. p. 12.
c. XIII.

XVII. Sed ad alteram partem Historiae Pauli apud Ath- nienes iam transeundum, qua Apologia Euangeliū praedicati continetur. Vbi primo iudicium, in quo illa dicenda fuerit, nominatur, AREOPAGVS nempe, de quo otio abutar, si plura dicere velim post singularem librum de eo Iōanni Meursio scri- ptum. Nominis rationem, nuperrime a viro cl. Io. Clerico ex in obs. ad Lingua Ebraea redditam, hic forte praeterire nefas. Nempe, AREOPAGVM עֲרָבָה ille putat esse, quasi montem dicas impetus vel caedis. At saltē proxime ἀπὸ τῆς Ἀρπαγῆς deriuari vocem, arguit terminatio adiectiva ἀπὸ: eratque Harpagus potius di- cendus ille locus, si viri docti sententia obtinere debeat. Inde mo- dus quo ad illud iudicium pertractus Apostolus fuerit exponitur, qui voce generali ΕΠΙΛΑΒΟΜΕΝΟΙ explicatur, vt luculenten an vis aliqua hic adhibita fuerit, an minus, vix dicere liceat. Pro- xime rationis cur ad causam dicendam eum in Areopagum tra-

Ad Comm.
XIX. XX.XXI.
Hammond.
Comment.
ad h. 1.

hant sequitur allegatio, KAINH sc. διαδαχή, siue τὸ ξενίζοντα, vel ut antea loquebantur KAINON δαμωνίον καπηλεῖα, nam ista vnum esse puto atque idem. Sane enim vocis KAINOS idem quoque qui vocis ξενός significatus. Ut nempe non tantum opponatur τοῖς παλαιοῖς, sed praeterea id notet quoque, quod inopinatum est & παράδοξον: quo sensu voce nouus vt etiam solent Romani. Sic KAINON εὐγῆνα Xenophonti, mirabile inventum: & Lacedaemones παλαιὶ ὄντες ἔτι καὶ νῦν τοῖς ἀλλοις KAINOTATOI, utut antiqui sint, ceteris tamen noui plane h. e. παράδοξον videri dicuntur eidem, in libello de Republica Lacedaemoniorum. Quo sensu hoc ipso loco & paulo post KAINOTEROΙΣ intenti dicuntur Athenienses, nam eandem eorum indolem describens Thucydides δέλεις αἰτιῶν eos dicit καὶ ὑπερβαστῶν εἰωθέτων: inseruire eos paradoxis, & ordinaria contemnere. Sicque vinum quoq; KAINON dicitur, quod Saluator bibiturus est cum suis in regno patris sui, non recens scilicet, cuius nulla prae vetere dignitas: imo illud pariter ac hoc regno Christi parum conueniens. Sed nouum vinum & mirabile, cuius viscor hominis laetificandi omnes mentis nostrae facultates transscendat. Allegata ratio deducti ad Areopagitas Pauli porro ab Historico confirmatur, ex alias ipsis familiariter nouarum rerum, & μεγάλης τη habentium studio, de quo cum abunde docti egerint interpres nihil nunc addo. Gestus inde & statu corporis Apostoli oraturi describitur, σταθεῖς δὲ ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ τῷ Αρειοπατρὶον &c. Nempe in medio stantes in omnibus iudiciis Graecorum & Romanorum causas agebant. Videturque omnino haec ipsa formula suadere iudicialiter rem aetam fuisse, ut aliter Hugoni Grotio videatur, qui non ad iudicium, sed quod in Areopago multi esse solerent homines eruditii, eo abductum Paulum putabat. Cuius sententiae nullam ab eo rationem video allegari: nec aliam comminisci possum, nisi quod de consuetate istius iudicij forma nihil diserte addat Lucas, id quod tamen breui-

Libro I.

Matth. XXVI,

29.

breuitatis studio tribui potest. Causam itaque dixit, & in iudicio quidem Paulus, ipsaque Apologia qua eum defendit iam porro a sacro Historico subiungitur, eiusdemque exitus indicatur.

XVIII. In ipsa Apologia igitur illustranda ut iam operae ponamus aliquantum, id primum obseruamus, more in hoc iudicio recepto, quem fuisse magis persequitur Ioannes Meurisius in Areopago cap. VIII, nullo facto proœmio a re ipsa Apostoli exordiri. Se dignum religione Atheniensium atque propensione ad cultum diuinum opus facere dicens, dum Deum ipisis reuelet, quem se ignorare profiteantur. *Ἄρδες Αθηναῖοι κατὰ πόντα δεσποιμονεστέρους ὥμας θεωρῶ, δερχόμενοι γαρ καὶ διαθεατῶν τὰ περίβατα μάν, εὐεργέτης οὐδὲν οὐδεὶς οὐδεῖς οὐδεῖς, διὸ οὐδεῖς εὐεργέτης τότον ἡγώ πατερεύεται λαοῦ.* Quibus verbis propositio generalis continetur, qua fatetur quid fecerit, idque dignum maxime Athenientibus officium se praefuisse ait. Dignum inquam Atheniensibus, quos nempe ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΕΣΤΕΡΟΥΣ animaduerit, ut adeo de religione cum religiosis non disputare non potuerit: quemadmodum simili ratione Apollonium επειδὴ φιλοσόφας τὸς ΑΣΧΙΩΝ εἶδεν οὐπέριερων διαλέξας narrat Philostratus. Nempe non exprobationis vocem esse ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΕΣΤΕΡΩΝ hoc loco, sed medium, ad benevolentiamq; comparandam adhibitam potius, iampridem viris doctis animaduersum, quibus veterum etiam loca allegata afferat, quibus in primis hac ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΙΑΣ laude gauifos esse Athenientes constet. Eademque Pauli prudentia in voce σειρηναῖα quoque, quia superstitionis Atheniensium instrumenta designat, obseruat.

XIX. Cum autem voluntate in *cultum* Dei propensissimi Athenientes, sensu atque cognitione eius se se laborare publicis monumentis ipsi fatarentur, hoc magis dignum fuisse Apostoli insinuat, ut opem illis ista ferat ex parte. Istum sensus ac

Ad comm.
XXII.
ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΕΣΤΕΡΟΛ.

IV, 6.

Ad comm.
XXIII.
ΒΩΜΟΣ εἰς φέρεται
ΑΓΝΩΣΤΟΙ ΘΕΟΙ.

cognitionis defectum arguebat inscriptio aerae ΑΓΝΩΣΤΩΙ ΘΕΩΙ dicatae. Quam inscriptionem integrum ex Hieronymo, Philippide & Oecumenio ita representarunt viri docti ΘΕΟΙΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΡΩΠΗΣ ΚΑΙ ΛΙΒΥΗΣ ΘΕΟΙΣ ΑΓΝΩΣΤΟΙΣ ΚΑΙ ΣΕΝΟΙΣ. At eam esse non posse quam Apostolus respexit, pluribus argumentis eruditae demonstravit magnus Reinesius, quae nunc prolixè non repeto. Sane ara plurium *Deorum ignororum* minus erat Apostoli instituto accommodata, nec bonam fidem probasset Areopagit is, numerum multitudinis numero unitatis permutans. Nec scio an satis commodè huc trahantur ea quae de sacrificiis Deo προσήκοτι ab Atheniensibus ad auertendam pestem oblatis, Epimenidis suasu, leguntur apud Laertium, & βανοῖς ανανίεσσι, inde in vrbe passim exstructis. Ista enim altaria nulla plane inscriptione mihi notata fuisse videntur, cum iam ανάνυσσον non sit ara quae ΘΕΩΙ ΑΓΝΩΣΤΩΙ inscribitur.

Theſ. Inſcr.
P. L. ſeq.

L. I. §. 110.

Misc. L. II. c. 2.

Vt Brodaeo proinde hanc sententiam, cuius primus mihi fuisse videtur autor, sectatores inde nactus complures ex doctis interpretibus, defendendam relinquam. Ceteri autores omnes qui altarium meminere ΘΕΩΝ ΑΓΝΩΣΤΩΝ, plurali numero illos Deos efferrunt, puto tamen Pausania & Philostrati loca viris doctis obseruata, in quibus βανοῖς ΘΕΩΝ ΑΓΝΩΣΤΩΝ mentione, ita accipi posse, vt aerae extitisse multae intelligentur, quorum singulis, aut faltem quibusdam ex iis inscriptio fuerit ΘΕΩΙ ΑΓΝΩΣΤΩΙ. Solus Lucianus in Philopatri bis meminit τῇ ΑΓΝΩΣΤΟΙ τῇ ἐν Αθηναις numero unitatis. Quem ita de eo, quod Athenis ipse videre poterat, minime locuturum fuisse puto, eo loco, quo Paulum Apostolum cum maxime arrodere gestiebat, ob ea quae de ΑΓΝΩΣΤΩΙ ΘΕΩΙ philosophatus fuerat, minime censeo, nisi ita se res exacte habuisset. Praterea dubium esse non potest, Paulum, coram viris patriae religionis & cultus exquisite peritis, exacte, quod viderat, retulisse. Vnde vero sit ille ΘΕΟΤ ΑΓΝΩΣΤΟΤ cultus inquirere, si quidem fieri id possit,

sit, operae pretium. Hoc igitur ante omnia, quod in concessis est apud omnes, supponere mihi liceat, plerosque Deos una cum omni dei Diis, quae quidem alicuius frugis sit sapientia, ab Aegyptiis Graecos, & Athenienses maxime accepisse. Inter AEgyptia vero sacra, dum mens obambulat, opportune ecce se se offert in vrbe *Saitica* celebratissimi numinis, quod ad *ISIDEM*, ad suae lieguae indolem nomine transformato, appellabant Graeci. Ex *Saitica* vero vrbe hoc probabilius me grande illud Atheniensium mysterium repeterem puto, quod summa *Saitis* cum Atheniensibus intercesserit necessitudo, atque coniunctio: Atheniensibus scilicet *Satarum* colonis vulgo habitis. Notum autem adeo colonos trahere mores, & religionem in primis, patriarchum vrbi, ut vulgatissimum sit apud eos, qui gentium origines & propagationes inuestigarunt, argumentum, quod ab eorundem Deorum & rituum observatione petitur. Esse autem a *Saitis* Athenienses clarissime testatur Diodorus Siculus:

L. I, p. 24.

Καὶ τὸς Αθηναῖς δέ φασιν ἀπίνες εἶναι Σαῖτας τῶν ἐξ Αἰγύπτων, καὶ περάντα τῆς ἐκείνης τούτης φέρουν ἀπόδεξεν. πιεῖ μόνοις γάρ τῶν εἰληνῶν τὴν πόλιν ἄσυ καλεῖσθαι, μετεννεγμένης τῆς πεπονιγρίου ἀπὸ τῆς παρὰ αὐτοῖς ἀσεῖς. ἔτι τε τὴν πολιτείαν τὴν αὐτῶν εὐχρηστανήν καὶ διαισεστὴν τῇ παρὰ Αἰγυπτίοις, εἰς τολμα μέρη διανεμηθεῖσην &c.

Eoque Platonis etiam pertinet locus in Timaeo, vbi Saitas φιλαθητικοὶ καὶ θρησκευτικοὶ ἀνέστησαν. Atheniensum amicos, & quodammodo propinquos dicit. Nec Proclo ad illum Plato-

T. III. opp.

P. 21.

L. I. ad Tim.

Plat.

nisi locum dicta praeterreunda, maxime cum ex eo pateat, identidem repetitis commerciis mutuae illius *Satarum* & Atheniensium necessitudinis memoriam conferuatam esse: tum etiam dissensus de illius fundamento inter Graecos luculententer tradatur: *Τοις δὲ Αἴθιοις* inquit *Καλλιθέους καὶ Παρεδούς* πατέρας τῶν Σαιτῶν ισορθοὺς γενέσθαι. Θέσπιος δὲ αἰσθατῶν ἀπίνες αὐτῶν εἶναι φασιν. Αἴθιος δὲ ὁ πλατωνικὸς διὸς Βασιλεὺς φησι τὴν ισέριαν μεταποιησαν τὸν Θέσπιον. ἐπ' αὐτῷ γὰρ αἰθικοῖς τίνες εἰν

τῆς

p. 328.

τῆς Σάιων ἀρχαιότερης τὴν πόλην Αθηναῖς συγένεσιν. Sed de illo
 dissensu, cuius vestigium etiam apud Diodorum Siculum libro
 quinto extat, prolixe non agendum, quamvis magis Theopom-
 pi quam Callisthenis & Attici probandam putem sententiam,
 cum coloniae ex orientalibus magis partibus versus occidentales
 potius duci coeperint primis temporibus, quam vice versa. Fue-
 runt itaque Atheniensēs *Saitarum*, apud quos *ISIDIS* statua, my-
 steriorum plena, coloni. Illam Saiticam *ISIDEM*, quam *ἀπ-*
κηγὸν τῆς πόλεως vocat, AEgyptio nomine *NHIO* appellari docet
 in Timaeo l. c. Plato: eamque *AΘΗΝΑΝ* putat esse Atheniensium. Nec eam
 rem in dubium vocem, maxime cum *pepli*, quo occultatum, vt
 mox audiemus, latet *Isidis* nomen, maxima sit in sacris Pan-
 thenaeis celebritas, de quo videri potest, vt breues hic simus
 Lib. II. c. 12. Io. Meursius in Lectionibus Atticis: quodque *AΘΗΝΗ*, vt fa-
 tentur qui mysteria Theologiae gentilis penitus introspexere,
 nihil aliud sit quam *Φείδων τῷ Θεῷ, νῦν δημιουργὸς mens & sapi-*
entia creatrix, quam ex Iouis cerebro ortam propterea sensu
 mystico primi tradidere Theologi, iuxta litteram inde accepit
 plebsignara: id quod *ISIDEM* etiam esse mox patebit. Hu-
 ius vero *ISIDIS*, vel *NEITH*, vel *AΘΗΝΗΣ* Symbolicae, quae
 apud *Saitas* prostabat, statuae, Plutarcho Autore, inscriptum
 fuit: *ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονός, καὶ δύναμις δημιουργὸς, καὶ τὸν εμὸν*
πεπιλαόν οὐτείς πώ θοντος αἴτιος αἰτητήσαντον. Ego sum
Omne, quod fuit, quod est, & futurum est, PEPLVM QVÆ ME-
VM NEMO VNQVAM MORTALIVM RETEXIT. Sublimem
 inscriptionem, & diuinæ veritatis plenissimam! sed symboli-
 ce expressam; ultimam vero symbolicæ expressionis partem
 propriis verbis reddentes Graeci, *ΘΕΟΝ ΑΓΝΩΣΤΟΝ* hoc nu-
 men appellauere. Ut tamen de symbolica hac *ISIDIS* apud
Saitas imagine, deoque adeo *ΑΓΝΩΣΤΩΙ* plenius constet, te-
 nendum est, nihil aliud quam spiritum aeternum, infinitum, re-
 sum omnium causam efficientem & conseruantem, AEgyptia-
 cam

de Isid. & Osir.

p. 354.

cam Theologiam, quae tota Symbolica extitit, ea represeſtaſſe. Cuius rei ne longe petam argumenta, ipſa nobis ea ſuppe-ditabit, quam prae manib⁹ habemus, inſcriptio, verbiſ priori-bus, quibus iſis ſe ait eſſe, omne quod eſt, quod fuit, & quod erit. Quibus ex parte ſimilia ſunt, quae leguntur in marmore Capuan⁹ apud Pignorium TE TIBI VNA QUAE ES OMNIA DEA IŠIS. Horum interpretem autem Platонem age audiamus, Aegyptiorum my-ſteriis initiatum, quem in Timaeo ſuo, opere, ut notum, quodq; ipſe proſitetur, ex Aegyptiae ſapientiae fontibus deriuato, hoc ipſum iſidis elogium titulosque ſublimes ob oculos habuiffe, non dubito. Ad priora igitur verba illa, ſum ego omne quod eſt, quod fuit & erit: illa pertinet Platoniſ: πρῶτον διαφένειν τὰς· πὶς ὁὐ μὲν αὐτὸς, γένεσιν δὲ τὸν ἔχον, καὶ τὸ γεγόνεντον μὲν, ὃν δὲ ἐδέ-ποτε τὸ μὲν δὴ νέοντα μετὰ λόγου αεριληπτὸν, τὸ δὲ ἀν δύξη &c. Primum diſtinguenda iſa: quodnam ſemper SIT, nullumque ini- tium habeat, & quid ſit quod FIT, non vero EST in qua, quorū alterum ratione & intelligentia comprehenditur, alterum opinione, &c. Id itaque quod ſemper eſt, & ingenitum, menteque & ratio- ne comprehenditur, in ſequentiibus primam cauſam eſſe oſtendit: & paulo poſt πάντα ἔντοſtā dια λογισμὸν & Θεο̄s, (quae eſt ipliſiſima- φένοντος & Θεο̄s, quam PALLADEM interpretati ſunt, h.e. iſideM Aegyptiam s. NEITH μυſικώτεροι Gentilium Theologi,) con- tradiſtinguit τῷ πτ̄τε ἐπομένῳ Θεῷ h.e. mundo. Ut adeo per iſi- DEM Spiritus uniuersi, vel natura intelligi nequeat, multo minus Luna vel aliud quodcunque eorum, quae ad mundum viſibilem ſpectant, ut viſum perperam nonnullum. Sane enim iſta omnia ſunt ἐπομένον Θεοῦ, de quo dici non potest, quod de iſide dicit Ae- gyptia Theologia: ἐγὼ εἰμὶ πᾶν τὸ γεγόνεις καὶ ὁ ἐπόμενον. Porro Plato hanc ipſam temporum diſtinctionem iſidi, h.e. naturae diuinae & aeternae attributam, a vulgaribus erroribus repu- gnat, dum ſciliēt vulgi ſenſu, quo notat motum & tranſitum a- parte existentiae ad partem, motumque adeo & mutationem-

Mens. II. ex-
poſ. p. 3.

T. III. p. 27.

v. Cafalium de
Ritib. Egypt.
c. 21. 23.

P. 37.

importat, της ἀναγέντω καὶ ἀργέστω tribui posse negat. Atque sic rectius de illo dici ostendit EST, quām FVIT & ERIT: quod scilicet omnibus partibus temporis existat, atque adeo sit sine mutatione vlla. En ipso verba eius: ταῦτα δὲ πάντα μέρες χειρεῖ,
 καὶ τοτὲ οὐ, τοῦτο εἶσαι, καὶ τούτο γενοίσθαι εἴδη, θέραντες λαγόναντες εἰπεῖ
 τοῦ αἰδοῖος θελαρ, τοῦ θεράπων. λέγουσεν γὰρ δὴ οὐ οὐ εἴτε τε καὶ εἴτε.
 τοῦ δὲ τοῦ εἴτε μέρου καὶ τοῦ αἰδοῖος λόγου τοιούτου. τοῦ δὲ οὐ, τοῦ εἴτε τοῦ
 τοῦ ζεύνων γένεων ιδεούσι πρόπει λέγεσθαι, μηδέτες γὰρ εἴσονται. Huc
 vero omnia temporis sunt partes: ijsasque temporis rei ortum-
 habentis species, ERAT nimirum & ERIT, aeternae essentiae no-
 recte attribuimus. Dicimus enim ERAT, EST & ERIT. At reue-
 ra illi aeternitati EST tantummodo quadrat. ERAT & ERIT ge-
 nerationi quae in tempore procedit tribuere conuenit. Sunt enim
 motus. Quae profecto ex arcana Aegyptiorum Cabbala petita
 est explicatio, ipso forte nomine ISIDIS nixa, quod ψι ψι esse,
 h.e. EST EST, ingeniose suspicatur P. Iurieus. Quam conie-
 cuturam ex nomine Symbolicae illius imaginis quoque a Platone
 suppeditato firmare liceat. Nam in nomine Νινος vestigia
 inuenio verbi הַיְלֵד vel הַיְלֵד quod, simul expressa littera, iuxta-
 recentiores Grammaticos perpetuo quiescente, נ, prout ex-
 primi iubet antiqua legendi ratio, efferas licet נ נ or נ נ
 natque hoc verbum idem quod EST, indeque apud Syros deriva-
 tur לְאָמֵן aeternus, itemque לְאָמֵן אָמֵן quod aeterni-
 tatem nota, & essentiam Dei aeternam. Nam quantum ad
 primam litteram N eam non de essentia vocis, sed vel chara-
 cterem esse coniugationis alicuius, ex qua nomen נ נ sit de-
 riuitum, vel aliquid tale inde colligo, quod in voce אָמֵן ex
 נ נ, vel נ נ, ut videtur, deriuato, אָמֵן tantum terminatione
 Graeca μη adiecta seruatim appareat. Eam autem Cabbalam
 Hebraeis debere Aegyptios puto, cum quibus liberalius quam
 cum ceteris gentibus ex mandato diuino versabantur Iudei.
 Iis nempe ipse Deus naturam suam explicauerat ita שְׁמָן
 שְׁמָן

Hist. Dogm.
& Rit. p. III.

P. 527.

Deuteronom.
XXXIII, 7.

ΜΥΣΤΗΝ i. e. vt Graeci interpretes habent: ἐγώ εἰμι ὁ ΩΝ. Ego sum
ille qui EST, & nomen venerabile quo istud continetur arcanum
reuelauit. Quod Hebraeos Aegyptiis, hos Pythagorae quoque
tradidisse, qui πτερωτός nomine, παντὸς ἀρχῆς φύσεως fontis
naturae aeterni, illud celebrauit, nolim nimis praefrade negari.
Hinc & ad Apollinem Delphicum, eiusque schemate primum
repraesentatam naturam aeternam, significandam, translatum
est nō ei apud Delphos, quod es significat: Ut eleganter Ammo- De si apud
nius explicat apud Plutarchum, Deum, quod inscriptio ferat
templi Delphici, nobis inclamare aiens: Υἱὸς σαυτὸν. Nos
vero Deo respondere ē ES. οὐδὲ διληπθῆ καὶ διβεβῆ γέ μονη μονη
περιγραφα τὴν διαιτησαράφεντι διαδίδετε. Veram, cer- Delph. p. 392.
tam, solamque soli conuenientem ei appellationem, qua ESSE dicitur,
tribuentes. Nos enim, vt post ostendit, proprie non SUMVS, con-
tinuo θεότες, practerfluentes quasi & morientes. αλλὰ ΕΣΤΙΝ δ
ΘΕΟΣ, καὶ ἔστι, κατ' ἑδένα χρέον, αλλὰ καὶ τὸν αἰώνα τὸν αἰώνιον καὶ
ἄχρονον, γέ μενοντον, καὶ διατάξεον ἑδέν εἰν, εἰδὲ οὔτερον ἑδὲ νεώ-
τερον. αλλὰ εἰς τὸν εἰν τὸν νῦν τὸν αἰώνα πεπλήρωκε, γέ μόνον ἔστι τὸ καὶ
τέτον ὄντως δι, γεγονὸς δὲ ἑσμένον, εἰδὲ παντόμενον.
Deus autem EST, neque ullo modo in tempore est, sed in aeternitate
immobili, temporis expertise, perfectissima, in qua prius non est
non posterius aut recentius. Sed unusquisque, unico actu praesen-
te aeternitatem implet, solumque adeo ipsi competit ut vere SIT, non
fuisse non futurum esse, non initium habere, non finem. Taceo
alia eius generis egregie rem nostram illustrantia.

XIX. Verum vt ad alteram partem inscriptionis εἵδες ΙΣΙΔΟΣ
deueniam, quae maxime ei quod nunc agimus negotio condu-
cit: ea ita habet τὸ ἐμὸν ΠΕΠΛΟΝ εἵδες τῷ διητὸς ἀπεκάλυψεν.
ΠΕΠΛVM meum nemo mortalium unquam reuelavit. Quod si tly-
lo nostrorum scriptorum interpreteris, erit. Θεὸν εἵδες εἴωγε
πωποπε, Deum nemo vidit unquam, ΠΕΠΛΟΣ nempe VELUM est
quo res arcana regatur, quemadmodum inde Mosis facie in-

Io. I.

Gal. III, 13.
ibid. v. ult.

5. 22.

p. 259.

Rom. X, 6.

Io. I, 3.

cumbens PEPLVS etiam tale quid significat, eique opponitur ἡ ἀνακαλυμέτω περισάπω τὴν δόξαν Θ κυρίας κατοπλεζεδ. PEPLO autem huiusmodi fascisque & velis ISIDIS caput velatum hodierum quoque in quibusdam monumentis antiquis videmus, viderique eam in rem Ioannes Casalius potest in tract. de Veterum AEgyptiorum ritibus. Obseruandum autem puto, in mystica Gentilium Theologia PEPLVM ipsum coelum significare, vt in libro de antro Nympharum ex Orpheo docet Porphyrius, ratione addita, quod integumentum sit veluti quo Dii coelestes lateant, τὸ πλαῖν καὶ τὸν ἔργον ΠΕΠΛΟΝ εἰρητων οὐ Θεῶν πεζούησα. Est itaque ἄγυστος θεός ISIS NEITH vel AΘΗΝΗ, cuius PEPLVM nemo unquam mortalium reuelauit, h.e. in coelum adscendit, eiusque indolem explorauit. ISIS vero NEITH vel AΘΗΝΗ aeternae τῆς Θεᾶς Φερνήτεω λόγῳ, sapientiae Dei, quae est causa & parens rerum omnium ex Theologiae Aegyptiae intentione, vt supra ostensum, est symbolum. Quam vt Aegyptii putabant sub PEPLO latere, ita hoc Graeci quoque in sacris Panathenaicis celebratissimo PEPLO fatebantur, quidque ille sibi vellet inscriptione aera ΘΕΟΥ ΑΓΝΩΣΤΟΥ diserte testabantur etiam magis. Diserte magis Philosophi, ii maxime, qui in AEgyptiorum profecerant scholis: Sic Platōn enim, vt ceteros nunc taceam, τὸν μὲν ΠΟΙΗΤΗΝ καὶ πατέρα ait τοδε Θ πατέρες ἐνθεού τὸν ἔργον καὶ ἐνεργα, τοῖς πατέρας αἴδεντων λέγεν. Parentem dūnter si inuenire difficile esse, οὐ in uigili noxiam innuentum adducere impossibile. ΠΟΙΗΤΗΣ autem seu δημόσιος κόσμος, Platoni NOTA est & ΛΟΓΙΣΜΟΣ Θεᾶς, vt norunt eius sapientia initiati.

XX. ΑΓΝΩΣΤΟΝ igitur illum ΘΕΟΝ h.e. sapientiam illam creatricem, Parentem omnium, φέροντι Θεᾶς, νῦν δημιεῖτο, iam non amplius sub ISIDIS PALLADISQUE PEPLO latentem, sed clare manifestatum, sine iniurie lucris, sese Apostolus praedicare ait: Christum nempe di. ἐν τὰ πάντα ἐγένετο, qui vere est

οὐών

οὐτὸν δὲ ὃ τὸν καὶ ἔέρχομεν; in quo est τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμένον διὰ τὸν αἰώναν, post PEPLVM coelorum, in tabernaculo Iudeorum quoque νεόν representatum, hucusque latenter, cuius hucusque, ut fateantur, absconditi, gloriam, in densissima illa caligine, mutauerint in gloriam imaginis corruptibilis: quemque qui vident, videat Patrem, omnemque adeo diuinitatem perspectam habeat. Hinc est quod ΓΝΩΣΙΝ illam frequenter ad eo celebret gentium Apostolus, & μυστήριον χρύσοις αἰώνιοις στοιχυμένον φανερωθὲν ἢ νῦν. Cuius manifestatio summam expectationem Athenienibus non facere non poterat. Quemadmodum inuidis veritatis esoribus adeo magna haec esse videbatur Pauli pollicitatio, adeo supra hominem, ut peculiare eam μυστήριον aduersus Christianos argumentum facere non dubitaverit Lucianus, si tamen ille dialogi, qui Philopatris inscribitur, auctor est. Sic enim ille facris Christianis illudens, inter alia: Ήγένετο τὸν εἶ Αἴθραν ΑΓΝΩΣΤΟΝ ἐφεύρατες, καὶ πεστινησάτες, καίσας εἰς θερμὴν ἀπεινάντες τύτω ἐνχαράσσομεν. Nos autem illum Athenis IGNOTVM inuentum, adorantes & manus in coelum tendentes gratias ei agemus. Suspenso nasi, ut manifestum, ridens, quod quem ΑΓΝΩΣΤΟΝ cum Aegypto Graecia, sapientiae praecipuae sedes, agnoscat, eum Apostolus se καταγγέλλει glorieatur.

XXI. Ne autem aberrent facile in iudicio de hoc ἀγνώστῳ Θεῷ, aliquatenus eum ab operibus suis ipsis iam innotuisse ostendit, ut ex cognitis ignota, εἰς γνῶστὸν ἀγνώστον aliquo modo ulterius inuestigent, atque ad hoc saltem iudicandum instruantur, nihil indignum eo, a Paulo oratione prolatum esse, nihil quod iure aduersarii ipsius tanquam ἀτοπον Καραδόζον reprehendant. Eo iam spectare mihi videtur repetitio eorum, quae de operibus diuinis notissima erant Athenienibus, quae huius ipsius esse ἀγνώστος ait: Nam τοις ἀγνώστοις quidem in Deo nullam

Apoc. I, 4.
Col. I, 26.

Ioann. XIV, 9.

Rom. XVI, 26

sub fin.

ad Comm.
XXIV-XXIX.

Rom. I, 19. 21.

n. 24.

haec tenus explicationem proponi puto. Illa vero sententiis, & pene verbis proponit eorum, quos frequentissime in manibus habebant Philosopherum & Poetarum, (quod solerter a Grotio, Pricaeo & aliis ante nos fuit ostensum, ut illa parte laboris supercedere valeamus) eo fine nimis, ut facilius omnia admittentur. Hinc iam ad ἔγγραφον pergit, atque errorem eorum insignem ante omnia redarguit, ἀλλαζόμενην τὴν δόξαν τὸ αὐθαίρετον Θεόν εἰς ὄμοιόν μας εἰνός φθάρτης &c. quod quidem peccatum Deum, si resipiscant, ὑπερέλαβον dicit, severo iudicio viciendum, si perseuerent; iudicio inquam, per Iesum Christum ex mortuis suscitatum exercendo. Quo nominato occasionem opportune captabat, de eius naturis, persona, officio & operibus uberioris differendi, ut relicentem in facie eius gloriam Θεός ἀγγέλος ostenderet. Sed ecce homines vani, & doctrina salutari indigni, scandalō arrepto, orationem eius abrumpunt. Quod quidem pars est eorum, quae *historia euentus* huius Apologiae, paucis postremo loco perlustranda, nobis ob oculos ponit.

ad commun.

XXII-
XXXIV.

EXALETAZON

de Gymnas.

P. 393.

XXII. Triplex nempe genus hominum se offert, pro genio diuerso diuerse haec accipiens. *οἱ μὲν EXALETAZON* alii, doctrina de resurrectione offensi, *sannis excepérunt*: quod non intelligebant praecipi iudicio respondebentes. Nempe haec indoles Atheniensium plerorumque, ut sint ἐγγρῆσις εἰς τὰ λόγια, variisque iocis illudant iis qui minus sibi probarentur, quod audiuisse de illis fese Anacharsis fatetur apud Lucianum. Alii satis auditum Apostolum nondum esse agnoscentes, segniores tamen ad veritatem indagandam, in craftinum differunt: itaque discessit Apostolus. Alii vero κολληθέντες ἀντί, h. e. presso eum secuti, nec dimittendum putantes, antequam totum de Θεῷ ἀγγέλῳ sermonem pertexuisset, ipsumque plene in facie Iesu Christi præbuisset spectandum, ἐμπειρασμόν. In quibus ipse Are-

opas

opagita Dionysius praecipuus longe: muneriſ grauitate, quae tan-
ta erat, ut in prouerbium abierit, conspicuus. De quo post Hildui-
num & Graecos, virosque magnos ex recentioribus, Sirmondum,
Launoium, Bollandum, Tillemontium, &c. non est cur hoc
loco prolixo agamus. Nec controv ersia, de scriptis, Dionysii
nomine hodie circumlatis, hic tangenda, quae post solidas
I. Dallaci & I. Launoi decisiones finita poterat videri, nisi no-
stra aetate denuo P. Natalis Alexander falsario opem ferre susti-
nuisset, & nuperrime Monachus Monasterii S. Benedicti ad
Ligerim: quos aduersarios huc vsque noctis puto nullos, qui ex
instituto bonam causam defendenter non ob rationum quibus
vtuntur grauitatem, sed quod vis in eis exigua deprehendere-
tur ab iis, qui ipsa contrariae sententiae pondera, in scriptis eo-
rum, quos confutare illis animus erat, proposita expendissent.
Quod contigilie Tillemontio viderit, qui stricturis quibusdam
aduersus Alexandrum animi sententiam affatim prodidit. Sed
cum viro foemina quoque commemoratur, ingenua haut dubie,
& conspicuae inter Athenienses virtutis, nam plures in iis philo-
sophiae aliarumque artium studiis insignes. ΔΑΜΑΠΙΣ sacro
Historico audit, pro quo ΔΑΜΑΛΙΣ, quod *Iuueniam* notat, ma-
lebat Hugo Grotius, eo induetus quod Atticum mulieris nomen
illud esse ex Anthologia pateat, loco illi citato ex L. III. c. n. adde
alium L. VII. p. 603. Et certe *Coffie DAMALIDIS* libertae, quam
Graecae originis esse vel nomen prodat, mentio in inscriptione
Romana in S. Laurentio in Lucina. *Minutia DAMALIS, filia*
libertae Miminiae Hesperidis, est in marmore Romae in S. Pra-
xedae: & *DAMALI contibertae* monumentum statuit L. Precili-
us quod Romae fuit ad S. Mariae Monticelli. Videnturque
talia inter foeminas nomina frequentia fuisse Hebraeis & Grae-
cis. Sic Δριγάδη, mentio in his ipsis Apostolorum actibus, &
Trygonii, quam latine *thrurillam* dices, mentio in epigr. Phi-
lode-

apud Gruter.

p. 935. 13.

id. p. 947. 5.

ib. p. 952. 2.

Act. IX. 36.

Anthol. L. III.

tit. II. p. 329.

Anthol. L.
VII. p. 603.

L. I. v. 308.
Id. I. v. 134.

Inscript. p. 259.

L. IV. c. 7.
p. 161.

Iodem. Δαρκαλίδη iuxta cum *DAMALIDE* in Epigrammate Agathiae. Nec mirum ab anis tantibus istis nomina quae sita elegantioribus foeminis, cum amantes quoq; τὰ παιδία blandimentis delinientes, haut raro cum iis comparent. Notum ut *te-
rior boedis* puella Theocrito, Virgilio, Ouidio audiat. Similiaq; in Canticō Canticorum etiam inuenias. *Turturillam* amasiam dici apud ἐρωτικῶν nescioquem legisse me puto. Attamen cum Groto propterea apud Lucam ΔΑΜΑΛΙΣ non statim rescriperim pro ΔΑΜΑΡΙΣ. Est enim apud Graecos pariter ac alias gentes frequens litterarum eiusdem organi, quales sunt liquidae λ & ε permutatio. Observarunt veteres Grammatici, ad Apollonium in Argonauticis, vbi ἀχράδες & ἀχλάδες, item ad Theocritum, vbi ωδηνόι & ωδηνέσσι, μπολη & εμπολη, & quod huius est loci ΔΑΜΑΛΙΣ & ΔΑΜΑΡΙΣ promiscue dici obseruantur. Factum id in multis Latinis vocibus Graecae originis. Sic a λιγέρον factum *Lilium*, a μάγνητες *marvellus* & *macellum*: & versa vice ex αμόλυνη *amurca*, ex ἄλως *area*, vt alia taceamus. Confer si placet Etymologos, & magnum Reinesium nostrum ad Marmor Q. Magurii in Hortis Sertorii Vrsati quondam obvium. Esto igitur *DAMARIDIS* nomen genuinum in monumentis sacris. Quam coniugem Dionysii quidem faciunt Chrysostomus in libris de sacerdotio, & Asterius in oratione VIII: sed coniectura tantum nisi, vt puto, quod eam Dionysio, hoc ipso, quem illustrauimus, loco iungi viderent. Vix dubitem clarius rem expositu-
rum fuisse Lucam, si ita eam sese habere nouisset.

T A N T V M.

753962

ULB Halle
001 854 02X


3



56.

R

WNB



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches
Centimetres

Farbkarte #13

59.

A. ET. Q.

OBSERVATIONES. PHILOLOGICAE.

D E.

GESTIS. PAVLI. IN. VRBE. ATHENIENSIVM.

AD. ACT. XVII. COMM. XVI. AD. FIN.

QVAS. PERMITTENTE.

INCLVTO. PHILOSOPHORVM. COLLEGIO.

IN. ACADEMIA. LIPSIENSI.

P R A E S I D E.

GOTTFRIDO. OLEARIO. P.P.

IN. AVDITORIO.

COLLEGII. MAIORIS.

PUBLICO. EXAMINI. EXPONET.

HERMANNVS. KVTEMEYER.

S VERINENSIS.

AD. D. XXIII. OCTOBR. A. C^o 1666.

LIPSIAE.
LITERIS. TITIANIS.